

Et vel minima offensiūcula clarissimū quod
que nomen obscuretur. Hæc animo quin
penitus insedissent, atque huiusmodi curis in
uolutum impia atque nefaria manus inualit:
non illa hostium externorum aut sicciorum
manus, sed amicorum, sed familiarium, sed
domesticorum conspiratio detestabili exem-
pto fuit: cuiusmodi iniidias nō Artaxerxes,
non Mithridates, non Ptolomeus Euerge-
tes, nō mortalium quisquam ne deorum qui
dem (si fabulis credere par est) vitare potuit,
tamen supersunt hæredes tantæ iniuriæ, qui
nihilominus crudelitatis atque perfidię repo-
scunt ab inimicis pœnas. Atqui trucidarunt
annis grauem, famaclarum, gentibus adni-
rabilem vnicō tantum dispēndio, ac nescio
quidem an maxima iacturā nostræ futuræ
dignitatis, quod vel immature nomen regiū
quod iam pridem animo concupieram, non
arripiuerim. O spes fallaces, o inanes meas co-
gitationes, o pestilentem L. Cottæ moram:
nunc mediis inter Cyrum & Alexandrum
sederē, pulcherrimo inferis, vel ipsi Diti spe-
ctaculo: nam vel præliorum quibus interfui,
vel bellicosarum gētiū quas superauī, vel
prouinciarum, quæ mea virtute in Romano
rum potestatem venerunt, vel tandem nūerus